



## **Antiquae Lectionis Tomus ...**

In Qvo Plvra Qvam XX. Antiqua monumenta, nunquam edita

**Canisius, Heinrich**

**Ingolstadii, 1602**

I. Qvomodo beatus Emmerammus apud Pictauium nutritur, ac literis eruditur, & vniuersis factus est amabilis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64160](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64160)

- XI. Quod Tyrannus Sanctum DEI merdaciter excipiens, tradidit suis puniendum, & de fuga comitum.
- XII. Quod vir DEI membratim sectus est, & quod duo è carnificibus per penitens cor saluati sunt, & Vitalis Presbyter.
- XIII. De miraculo in membris viri DEI facto, & exitu Sancte Iulii anima, & quod apud Aschem sepultus est, & de natura orbis mutata.
- XIV. Quod per reuelationes ordine mirifico ad Hiatoopolim id est Ratisbonam, est translatus, ibique honorifice est humatus, & quia pax aetheris redijt.
- XV. Quomodo hi tres interierunt carnifices, & eorum dominum qualis poena ceperit, seu qua miseria posteritas eius affecta sit.
- XVI. De miraculis locorum sectionis & vocationis.

INCIPIT LIBER DE VITA ET VIRTUTIBVS B. EMMERAMMI.

CAP. I.

**S**T in Aquitaniae partibus vrbs virorum illustrum titulis celeberrima, nomine PICTAVIS, in qua B. Emmerammus sine Christianorum parentem est nutritus, & ad discendas sacrae institutionis literas scholis traditus: vbi quam docilis fuerit, finis disciplinae, virtus, & virtutis socia dignitas ostendit. Nam in ipsa simplicitate, sic puerilis collatio mentem ad alta scripturarum suspendit, vt cunctorum aestimatio, quid esset futurus, praesagiret, cunctorum oculi notarent, omnium affectus diligeret. Hic tamen oblatum ex patria, fauor, sic ab eo prudenter accipitur, & acceptus augetur, vt nec humilitas minueret gloriam, nec grauitas excitaret inuidiam.

Suc-